

cuppos, etiam pena centum sold. par. pro quolibet iudice vel rectore [et] vice qualibet contrafacta.

Cap. VIII. Rubrica de electione cancellariorum.

- 5 **O**rdinamus quod in electione cancellariorum procedatur in hunc modum: videlicet quod quindecim diebus ante eorum exitum congregetur maius conscilium, in quo dentur sex brevia pro sex cancellariis eligendis, et quicumque habuerit brevem eligat et eligere debeat suum cancellarium, meliorem
10 quem crediderit sacramento, et cum fuerint electi omnes sex tunc balotentur ad piscides et ballottas singuli, scilicet unus contra alium, et duo qui optinebunt per maiorem partem dicti consilii de dictis sex sint firmi et racti cancelerii communis per quatuor menses tantum. ¶ Qui cancelerii habere debeant
15 pro suo salario libr. vigintiquinque par. pro quolibet ipsorum ipsorum quatuor mensium. ¶ Et quilibet eligi et esse cancelerii possint, etiam si non essent de maiori consilio, et durante in dicto offitio habeat brevem et balotam in dicto consilio ut alter consiliariorum dicti maioris consilii. ¶ Et quicumque
20 erit daciarius becharie tabernarie et salis, ipso existente daciario, modo aliquo vel ingenio non possit esse cancellarius communis. ¶ Et scripturis ipsorum cancellariorum sic electorum et confirmatorum, factis in placitis sive in iudicio et scriptis in eorum quaternis postquam iuraverunt offitium suum,
25 stetur et adhibeatur fides per dominium Tergesti, salvo quod probari possit de falso contra tales scripturas.

[Cap. VIII.]¹⁾ Rubrica de forma sacramenti cancellariorum et de eorum officio. // 24 A

- 30 **I**urabunt cancellarii communis ad sancta Dei evangelia tactis scripturis sequimen potestatis iudicum vel rectorum civitatis Tergesti, dare consilium suo posse comuni, et tenere

¹⁾ L'orlo, a pie' di pagina, è unto e un po' logoro; è scomparsa l'indicazione del capitolo.